

TV, 101 .

2,15.



20/ 12
Castum Hymen

VIRI

Nobilis, Amplissimi ac Experientisf.

DN. MICHAELIS CLEO

PHÆ,

Medicin. Licent. & Pract. meritif.

recens-Sponsi

ac Virginis

Lectissima pudicitia florentissima

MARGARETHÆ ELISA

BETHÆ,

VIRI

Nobilis, Amplissimi & Spectatissimi

DN. JOHANNIS SCHOTTI,

Quæsturæ Dübensis Præfecti, utriusq; Cohortis

præfidiariæ Castrorum Pleissenburgi & VVittenbergæ,

Prætoris militaris

filiaæ dilectissimæ

d. 24. Octobr. Anno 1665,

contractum

gratulantur

Patroni, Fautores, Amici.



VVitteberga, Typis Job. Haken.



Tædas immensâ summus bonitate secundet
Vestras, atq; beet festa Hymenæa Deus.
Omnia sic cedent felicius auspice Christo,
Qui vobis multo fœnore largus erit.

f.


Johannes Strauch, Phil. & Med.

D.P.P. & p.t. Rector.



Conjugium felix, tranquillum, fertile, Sponsis
Autor Conjugii Ter benedicte pares!

Abr. Calovius D.



ANte annum Phœbus tibi despondebat Hygeiam ;
Et memini : Musas, ille Galenus erit,
Ingeminasse sono , CLEOPHA Præclare, Sed ecce,
Dum crescent menses, sors quoq; lata tibi:
Jamque tuo thalamo Schottelia jungitur uxor;
Uxor fortunæ portio chara tuæ.
Pergas esse precor felix ! Tua fama quotannis
Crescat & in natis nomina multa trahat !

Johannes Meisnerus, D.

A 2

Est

Est amor in terris vita caelestis imago,
Nam Pater & Gnatus sunt in amore pares,
Spiritus hic Amor est, qui terræ caelica jungit,
Angelicosq; choros jungere semper amat.
Conjugium verum sic est Exemplar amoris,
Pectora caelesti jungit amore pio.
Conjugium Vestrum maneat typus omnis amoris,
Vitaq; caelestis sit quoq; vestra, precor!

εὐφημίας ergo scrib.

Johannes Deutschmann / D.

Omine, mi CLEOPHA, sic conjugalia festa
Læto nunc celebra, cunctorum nempe bonorum
Haud est postremum: benè jungi Conjuge dulci.

ὀλοκαρδίως gratulabatur

Werner Theodorus Martini, D.

P.P. Elect. Sax. Consil. & Conf.

Eccl. Adf.



Astibus ægrorum benè noris Amice mederi:
Tollere sed proprios non nisi Sponsa potest.
Hanc igitur medicam rogitas accersere lecto:
Præbeat ut morbo pharmaca grata tuo,
Res cedat votis; Sponsæ releveris amore,
Illaq; certa tui sit medicina mali.

Hac ex animò vovet

Michael Fridericus Ledererus,

U. J. D. & P. P.

Paro-

Parodia od. XXIII. libr. 3. carm. Horat.

Cælo supinas cum tuleris manus
Surgente Pœbo, cum ποδαλείῃ,
Præclare, placaris frequenti
Thure Deum placidoq; corde:
Hinc quam tenes haud sentiet Africum
Fœcunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Te, quæ nivali nascitur Alcido
Devota, quercus inter & Ilices:
Aut crescit Albanis in oris
Herba valens repulisse morbos,
Jam non moretur, jam nihil attinet
Curare morbos, quin placidam bene
Curato Sponsam, quæ marino
Rore Tuos decorat capillos.
Immunis omni VOS thalamus malo
Hic conjugalis quò maneat precor!
Semper secundi VOS penates
Respiciant: saliente prole!

Michael Sennertus, D.P.P.

TE Medicum Studium, CLEOPHAS Clarissime
juvit,
Quod dudum venit nomen ad astra Tuum!
Nunc

Nunc TE cepit amor? Lectissima SCHOTTIA
Virgo,

Quae venit in Thalamum, gaudia mille parat.
Sic TE JOVA beat. Sis porro Sponse, beatus
Et Sponsa & Socero sint sine nube dies!

piæ congratulationis ergo
deproperabat

Josephus Adjutus D. & Linguae
Italicae Prof. P. Extraordinarius.

Hactenus à Sponso retulit dum nomina Sponsa ;
Nonne *paronymicum* sustinet illa genus?

Unica post Thalamos nox *equivocationem*

Virgo tibi procreat: nomina nuda geris.

Inde *Synonymicè*, communi scilicet ambo ;

Vir Mulierq; modo, nomina remq; tenent.

Gratulor hanc Logicen: Sponso Sponsaq; precatus

Et Genus & Speciem. cætera Jova dabit.

festivo deproperab calamo

GEORG. CASP. KIRCHMAJER,
Eloqv. P. P. Fac. Phil. h. t.
Decanus.

Qui petit uxorem, renuit nec vincula amoris ;
Multum cum multis invenit ille bonis.

Extra conjugium variis subjecta periculis

Vita jacet, duplex & labor esse solet.

Hinc te collaudant omnes, *Clarissime Sponse* ;

Sponsus quod nunc sis, moxq; maritus eris.

Gratulor hocce bonum, tū quæ modò plura sequetur,

Ac precor ex animo prospera cuncta tibi.

Ex benevolo affectu raptim applaud.

Christophorus Nottnagel /
P. P. & Acad. Sen.

Ultima terrarum nonnullis Patria Thule,
Quo nos astra regens præcipit, ire deest.
Hactenus hoc CLEOPHA Tibi Patria jure secunda,
& procul à patriâ Virgine tæda calet,
Altera pars Cælo nobis venit, altera mente,
Mens variat studium, Conjugiumq; polus.
Est aliquid dandum validis influxibus astri,
Influxus si non causa secunda neget,
Tu non, credo, tuos meliori sine negabis:
Cælo junctus homo congenerant hominem.

fausta gratulationis ergo

scr. m. lxx

Andreas Sennertus, P.P.

Ludit in humanis divina potentia rebus:
In casto thalami ludit amore Deus.
Quos dirimunt montes, fluvii, sylvæq; plagæq;
Non raro sociat connubialis Amor.
Quos Amor, atque Deus sancto sic foedere junxit:
Gaudia fundat Amor, perpetuetq; Deus!

Christianus Trentschius, P.P.

MI SPONSE, quot Te, quot Tuos, quot sin-
gulos
Vosmet mala afflixere; Tot jam recreent
Bona, & undiquaq; Vos novos Sponfos beent
Felicitate hac, quam precantur singuli
Vobis pii, & Vobis pii precamini!

Quod gratulab. deproper.

Constantinus Ziegra/D.P.P.

Hor-

Horrida tempestas cœlum contraxit, & imbres
Nivesq; deducunt Jovem. Nunc mare, nunc
filia

Treicio de Aquilone sonant. Benè dum rapis ergo
Occasionem de Die: dumq; virent genua,
Prospicis egregiam CLEOPHA Sociam TIBI vitæ,
Jungisq; amore perpeti. Sunt meliora duo
Atq; unum. Junctim sic namq; labore fruuntur,
Sic invicem sese fovent. Vincula fausta sient!

Justus Fidus Klobius, D.

Qui fit, dum relevas gravibus pallentia morbis
Corpora, dum doctâ discutis arte malum,
Ipse graves morbi duri patiare dolores,
& poscat medicam langvidus æger opem?
Scilicet haud Galenus atrociam vulnera curat,
quæ dirus sæva cuspide fixit amor:
Nil Celsi hic possunt, nil docti Hippocratis artes;
Sola sed hic medicam SPONSA parabit opem.
Cura hæc sit felix, sint omina lata jugalis
tædæ, hinc aufugiant noxa malumq; procul.

Henricus Gregorii J. U. L.

EN demùm faustò jungis quod sidere, Fautor,
Nobile sit; precor, & fertile Connubium.

*Hæc pauca Excellentiss. Dno. Sponso
lubens apposuit*

*M. Augustus Fleischhauer,
Eccles. V Vitteb. Archidiac.*

Die Wohlgeogenheit/ so ich genug verspühret/
Von beyden seiten her/ hat mir anigt gerühret/

Mein

Mein freuden volles hertz / das ich mich auch zugleich
In diesem meinen wunsch erzeuge freudenreich:
Der vber Gute Gott / der Menschen bitt erhöret/
Der mache **CEOPHAS** zu einen Himmel - mehrer /
Das Er mit seiner **BRABE** / in stiller Einigkeit/
Erlange souder weh / die selbst gewünschte zeit.
Das sich mein werther Freund / Herr **SEHÖZE** möge freue/
Wan Er nun Kindes Kind / wird sehen an dem Reyen!

Aus Schuldigkeit /

M. Casparus Schmidt /

Diaconus zu Wittenberg.

Was Gottes wahrer mund gesagt vor langen zeiten
Das Er die ehren will / auch unter frembden leuten
Die seinen Nahmen ehrn / und so der frömmigkeit
Vnd Tugend streben nach in ihrer lebens zeit.
Das kan **O werther freund!** an ihm ein ieder kennen
Dehn man bay seinem fesi Herr Bräutigam mus nennen/
Der mit studieren hat die zeit stets zu gebracht/
Vnd wie Er nützen mög / Ihm stets den zweck gemacht.
Der ärzte Kunst / und thun hat ihm vor ander allen/
Die ein Erhalterin des menschen ist / gefallen/
Dar zu der höchste gibt gedeyen / Segen / gnad /
Dehn / der bey seinem werck Ihn stets vor augen hatt.
Der geb Ihn langezeit gesundheit / Kraft und stärke /
Sambt seiner liebsten Braut / Er segne seine wercke
Die Er mit seiner Cur bey vielen richtet aus
Er laß Sie fruchtbar sein / und segn' Ihr ganzes haus.

Also wünschet von Herzen seinen Hochwer-
then und sonderlich geliebten Freunde

M. Johannes Fabricius, Eccl.

Wittel. Diaconus.

Optima, quæ Medicum relcvant, si pharmaca cre-
das.

Sexcentis præstat, SPONSE, medela tua,

Sci-

Scilicet in Sponsa est, semper relevetur ut ægra
Mens Sponsi: mentem quis levet Hippocrates?
Gratulor hoc poclum Sponso, quod Sponsa propinat,
Utq; Ipsi semper sit Panacæa, precor.
Sitque ægræ Sponsæ noctesq; diesq; Galenus
Sponsus. Sic ægros mutua pocla levant.

ita juc. grat.

M. Henricus Baumann /

Fac. Phil. Adj.



In illud usu tritum:

— — — Fato connubia fiunt.

I.

Was der Himmel bindt zusammen /
fühlt anff erden mit der Zeit /
Die bestimmte Liebes-Flammen
in vergnügter Lieblichkeit /
Himmliche Sinnen
Können gewinnen
allen gefassten Menschlichen rath /
Sol er bestehen /
und bald fortgehen
Treibet der Himmel selbst die That.

II.

Nicht daß zehlen derer Tage /
nicht ein unterschiedlichs Land /
nicht deß schnöden reichthums Plage /
mag zertrennen d ieses band :
glänzende Sterne
stehen von ferne

Ⓝ

Paac

Paaret sie doch ein lieblicher Schein:
Preußen erwaschen/
offters in Sachsen/
gehen den Mund mit Liliis ein.
III.

Euch/ ihr weitentfernte Herzen
Knüpffet jetzt des Höchsten Handt:
Hymen stecket an die Kerzen;
Glücke wünschet beydes Land:
glückliche Stunden
haben gebunden
CLEOPHAS mit der Liliis heut:
Enripors blicke
sagen zurücke
blühende Schoten bringen die Beut.

Wormit seine Schuldigkeit abstattete glück-
wünschende gegen den H. Bräutigam
seinem liebwerthen Gönner

M. Simon Friederich Frenckell/
der Philosoph. Facult. Adj.

*I*nteriores Animo CLEOPHAS Emaunticus olim
Ignem, dum CHRISTI pendet ab ore, fovet.
Nec se tot flammis uri prius ille fatetur,
Quam repetenda sibi patria tecta videt.
Quid Noster CLEOPHAS, Vir Clarus in arte Me-
dentum?
Hactenus & sacris ignibus arsit amans.

Sed negat, occultis quod amoribus arserit ipse,
Junctus iisdem, quos unus Apollo docet.
Nunc ubi pro merito doctrinae mactus Honore
Ad patrios MEDICUS poscit abire Lares,
Ignes suppositos Cineri Cordiq; doloso
Non negat, exstingui quiu petit ipse citò.
Sed quid ego? tanto plus nunc uraris amore,
Quanto, qui TE urit, junctior ignis adest.
Expleri mentem nequeas, Sponsamq; tuendo
Ardeas, CLEOPHA Mi, naxis atq; magis.
Non aqua mœroris stinguat, terrestre laborum,
Nil dios ignes hos premat; hocce precor.

M. Michaël Siebentanz/Sil.
Phil.Fac. Adj.

Est aliquid castam in thalamum duxisse puellam,
Cum sit dos ingeni, casta puella DEI.
Jungitur ecce Tibi talis, Clarissime Sponse,
Quæ virtute micat, cum Pietate pari.
Gratulor ergò Tibi tanto de munere Jovæ
Et thorus atq; domus sit benedi&a, precor.

*In honorem Clariss. Sponsi, Amici sui jamdiu-
dum certissimi honoratissimi hæc
paucula epponebat*

M Georgius Wagnerus,
Fac.Phil. Adj.

Ad Experientissimum Dn. Sponsum!
Fidus erat Christi Cleophas in itinere comes,
Fidus erat Sociæ Conjugis & Socius;

Sacra

Sacra licet taceat Scriptura, probabile verum
Attamen est istud, ceu pia Turba probat.
Hujus ad Exemplum *Cleophas* in itinere *Christi*
Noster erat Socius: quod Pietatis opus.
Nunc etiam *thalamī sociam* sibi jungit amore,
Ut sit amor constans, pectore totus oro!

en 8. *Δεχρῆμα*

M. Joh. Manitius, Fac.
Phil. Adjunctus.

Sonnet

Wie Preußen, werther Herr! Sich rühmet seinet wegen/
Darinnen Er zu erst gesehn der Erden zelt/
Der Eltern mund geküßt/als er begrüßt die welt/
So kan sich Witt enberg zu gleicher Ruhm erregen/
Weil Er den Rechten grund der Kunst hat wollen legen
Auf diesem Helicon/und allbereit gestellt
Die Proben seiner Cur/drum Sie Ihn billich hält
Mit andern werth und lieb: dann Sich des höchsten Segen/
Der hoch von nöthen ist in solchem heilungs-Sachen/
In diesem Esculap gar Kundbar wollen machen.
Iht schenckt des himels gunst Ihn neue freudigkeit/
Gehrter bräutigam wann Ihn scheint seine Sonne/
Die Kummerwenderin/und bringet eitel wonne/
Sie leben/werthes Paar! vergnügt mit voller freud.

dis wolte glückwünschend
dem geehrten Eh. Paar
beyfügen

M. Georgius Barthelius,
der Stad Schulen alhie ConR.

Ed 198

ULB Halle 3
002 040 255




Sb

UD 17

mit





20/

Nobilis, Am
DN. MIC

Medicin. L

Lectissima
MARGAR

Nobilis, Am
DN. JOHA

Quæsturæ Dübensis
præsidariæ Castroru

Patroni

Witteberg

17

Q

A

rtis

W

